# Inr M. Mnißch Capneum Sanocen. & G. Vstrzycki mutua Intercisæ Roboratio

oram Officio et Actis Præsentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Comparentes personaliter Magnus Georgius Vandalinus de Magna Kunczyce Mnißch Sanocensis Senernecensis Dębowecensis Capneus ab una et Thomas Nicolaus de Vrichow Vstrzycki parte ab altera, sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo Præsenti vero Castrensi Capneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Actum Modernum attinet se Cum successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, quilibet illorum seorsim suo pro Interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una Pars alteri ac posteris Utriusque Partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribunt et Obligant. Præsentibus Intercisam Certam inter se Recognoscentes ratione Certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum de Actu et data illius hic Premisliæ die Nona Mensis Februarij Anno Præsenti Confectam et Conscriptam Manibus sui Recognoscentium proprijs ab Utrinque subscriptam et sigillo uno obsignatam in omnibus et singulis eiusdem Intercisæ Conditionibus Punctis Clausulis articulis radio ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere Complere Exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eiusdem Intercisæ Contentis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Intercisam Præfatam ad Inscriptionem Præsentem Roboratoriam et Inscriptionem Præsentem Roboratoriam ad Prædictam Intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub radio summæ Novemdecem Millium florenorum polonicalium pro Partem Parti Cum successoribus Utriusque Partis ob non Completionem Contentorum Intercisæ Præfatæ omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Proquo quidem radio modo Præmisso ad solvendum succubito ac re aliqua Principali ex Contentis Intercisæ Præfatæ non Completa Complenda Citata existente memorata Pars una Præmissa non tenens sive illius successores ad instantiam Partis alterius Præmissa omnia tenentis aut illius posteriorum

# Ostuzÿchi M. Capneo Innocensi Cedit.